




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-545192-p0001-2

DFG

F

An F



CATALOGVS  
LECTIONUM  
ET EXERCITA-  
TIONVM  
*IN ACADEMIA JULIA*  
A  
FESTO MICHAELIS  
ANNO MDCLXXIX.  
VSQVE AD PASCHA  
SEQUENTIS ANNI MDCLXXX.  
HABENDARVM.



*HELMESTADI,*  
Typis HENRICI DAVIDIS MÜLLERI, Acad. Typ.  
Anno CIC 100 LXXIX.

СУДОДАТС  
МИНОИГО  
АГІОЯКІ  
МУНОІ  
МІСІАМЕДІАМІ

ESTO МОНАЕЛІЗ

Анно MDLXXXVII

УОЛІ АД ПАСГА

БІЛІАДІАЛІА

ДІВІДІАН

Публії Брунні іо Давідіс Муніліті Ріваділіс  
Анно CCID XCII



## FACVLTAS THEOLOGICA.

*GERHARDVS TITIVS D.* Disputationes publicas super Thesibus suis Theologicis institutas, quarum diuidiam partem jam habuit, absolvet porrò. Controversias quoque quæ nobis cum Reformatis intercedunt, lectionibus publicis proponet denuò, & domestica exercitia ad finem perducet.

*FRID. ULRICUS CALIXTUS D.* suscepitam publicam Thesum Theologicarum expositionem, Deo juvante, continuabit. Consuetas etiam, & adhuc reliquas Disputationes publicas ordine adjicit. Privata quoque exercitia, ad promovenda Auditorum commoda, instituet.

*GEB HARD. THEODORUS MEJERUS D.* Theologiam, eundo per reliquos Locos, quos vocant, ex Scriptura & Antiquitate explicare, confirmare & defendere publicis lectionibus perget, quibus absolutis de Optimis Historiæ Ecclesiasticæ Scriptoribus Dissertationes instituet. Privata etiam exercitia urget & proxime Hugonis Grotii de Veritate Religionis libros exponet, editurus insuper Rituale pœnitentium Veteris Ecclesiæ.

*ANDREAS FRÖLINGIUS D.* Prælectio-  
nes in Evangelicas Pericopas, variis impedimentis aliquan-  
tis per interruptas, eâ, quâ licebit, assiduitate continuabit.  
Quod si aliâ ratione commoda studiosorum poterit  
promovere, non patietur quicquam in se desiderari.

**PAULUS HEIGEL** Ordinarias ad S. Scripturam Lectiones brevi aggredietur, & vitam Servatoris nostri ex N. T. collectam cum Vaticiniis Veteris Testamenti conferet. Privatum collegium Homileticum auspicabitur.

## FACULTAS IVRIDICA.

**JOANNES Eichell** Cod. P. P. Studiosæ juventuti consilio & manuductione ad studia solidè colenda non derit, omnibus & singulis, qui consilio ejus uti volunt, libenter vacaturus.

**GEORGIUS Engelbrecht** D. Digest. Profess. Ordin. in priori Digestorum parte publicam; in posteriori verò privatam interpretationem, quâ parest, fide & diligentia continuabit, inque aliis juris partibus ejus cultores tum docendo, tum examinando, tum disputando sedulò adjuvabit.

**JOHANNES HENRICUS Bötticher** D. Iuris Canonici & Feudalis Professor Ord. processum judicarium juxta ordinem libri secundi Decretalium exponet publicasque Disputationes ad Digesta debita diligentia continuabit. Privatis etiam Lectionibus ac exercitiis Studiosæ juventutis commoda pro virili promovebit.

**JOH. GOTTHARD von Höckeln** D. Institutio-  
num & juris Criminalis Prof. Ord. processum juris Crimina-  
lis brevi ad finem publicè perducet, & eo finito, Institutio-  
nes juris brevi ac perspicuâ methodo publicâ ex cathedrâ  
interpretabitur. Privatas quoque lectiones sedulò continu-  
abit.

**JOAN Eisenhart** D. Novellarum Justiniani Imp.  
Constitu-

Constitutionum expositionem juxta ordinem Institutio-  
num Imp. hoc semestri ordietur. In privato autem audi-  
torio juris publici doctrinam brevi ad finem perducet; quâ  
finitâ ex utilitate & voto auditorum nova exercitia in-  
stituet.

## FACVL TAS MEDICA.

*JACOBUS TAPPIUS* D. Doctrinam de Com-  
positione Medicamentorum, quam non ita pridem auspi-  
catus est, pertexet, eaque ad finem perductâ, si Deus ei in  
extrema hâc senectute vitam & vires largitus fuerit, de for-  
mis medicamentorum aget.

*HERMAN. CONRINGIUS* quantum licu-  
erit per senectutem pariter & incommodam valetudinem  
impedit non Politicis duntaxat sed etiam Medicis exer-  
cationibus.

*HENRICUS MEIBOMIUS* D. In tradenda  
Physiologia pariter & Pathologia, ut se mutuo illustrent,  
publicè perget: domi vero suæ Institutionum Medicarum  
explicationem continuabit, & alia ad juventutis profectus  
accommodata exercitia instituet.

*GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHEL-*  
*HAMMERUS* D. simplicium Medicamentorum na-  
turam & facultates explicabit publice, & experimentis il-  
lustrabit: privatos intra parietes anatomica exercitia  
aliaque, quibus juxta secum proficiant auditores, aggre-  
dientur.

## FACVL TAS PHILOSOPHICA.

*CHRISTOPH. SCHRAADER* Facult. Senior, ha-

A 3

ctenus

Etens anni superioris promissa per divinam vim majorem  
implere haut potuit, itaque quæcum in Catalogo prescri-  
psit, jam nunc denuo vult repetita & simulatque convalue-  
rit & per Dei gratiam ac Medicorum opem pristinam vale-  
tudinem receperit, quæ præcedenti anno pollicitus est, ea-  
dem hoc anno Deo propitio est præstiturus.

*HERMAN. CONRINGIUS*, quia valetudo spem  
brevi recuperandæ integritatis jam facit, proposuit, pro-  
pediem rursus docere τὰ πλήνα & quidem nobilissimam  
de Regno doctrinam, filum secutus Aristotelicum; simu-  
que suas de republica Imperii Germanici Exercitationes  
denuo instituere, si studium hoc eximii juvenes diligentia sua  
excitaverint.

*PAULUS HEIGEL* publicis lectionibus Planetarum  
motum, eorumque phænomena propria explicabit: Initi-  
um verò faciet à Theoria Solis. Privatim Opticam & Geo-  
metriam tradet. Docet horâ secundâ.

*MELCHIOR SCHMID* in Cl. Ælianî variis Histo-  
riis exponendis perget ad librum tertium, & præter Græ-  
cismidelicias Atticas, usum antiquæ eruditionis hodiernum  
subinde ostendet. Docet hora I.

*JOH. EBERHARDUS BUSMANNUS*, absoluto  
tractatu de Poësi Hebræorum, publicè Orientalium lingua-  
rum, præcipuarum nempe illarum, quarum versiones in  
opere polyglotto Anglicano collectæ extant, præcepta quæ-  
dam Grammatica tradet, præmissâque theoriâ analysin  
in singulis linguis subjunget: privatim Hebraica in primis,  
quæ ante aliquot menses incepit, exercitia strenue urget, 101B  
aliaque de novo instituet. Docet hora X.

*JUSTUS CELLARIUS* publicas de Anima hu-  
manâ considerationes pertexet, strictimque expositis mate-  
rialibus ejus functionibus, paulo plenius de propriis spi-  
ritualis

ritualis animæ operationibus differet. Domi prælectiones suas, quibus prima Physicæ fundamenta proposuit, prope diem absolvet. Reliquas vero dia tribas quibus selecta ejusdem Scientiæ capita vulgo neglecta, aut perperam tradita, curiosius evolvit, debitâ industriâ continuabit, brevi significaturus quales labores novos Studiosorum desideriis accommodatos sit suscepturnus. Docet horâ V.

*HENRICUS WIDEBURGIUS* primis duabus hebdomadis cujusq; horis Logices doctrinam privatis Lectionibus haetenus traditam publicis disquisitionibus repetet: reliquis verò eruditum Cornelii Martini libellum de **Analysi** formæ & materiæ proponet, ejusque observatio-nes exemplis è divinæ humanæque sapientiæ disciplinis depromtis illustrabit, ac iisdem alias notatu dignas adjicit. In domesticô auditoriô Analyticam de rectâ demon-strandi ratione doctrinam ex ipsis Aristotelicis fontibus explicabit: nec aliis Philosophiæ ac liberalioris doctrinæ Studiosorum desideriis deerit. Docet horâ VII.

*JOH. BARTHOLDIUS NIEMEIERIUS* Doctrinam de Causis, ad quam publicis lectionibus non ita pri-dem fuit delatus, ex professo tradere, præcipuasque in eâdem occurrentes quæstiones controversas enucleare perget; deinde ad reliqua Metaphysices capita secundum ordinem in scholis haetenus receptum progredietur. Domi ejusdem scientiæ principia nervosè atque ad varios usus quām maximè accommodatè interpretabitur, & quām primum non unius generis exercitia, quæ haetenus urget, finem fuerint sortita, alia ad studiosæ juventutis desideria, sibi maximam partem jam tūm cognita, instituet; quibus unam atque alteram Disputationem publicam adjicit. Docet horâ IX.

*JOAN. EISENHART* publicis privatisque lectionibus  
Ethicis



Ethicis proxime ad finem jam perductis, eandem doctrinam Moralem proximo semestri publicis disputationibus loco & horâ lectionum publicarum institutis repetet; privatim verò tûm Moralis tûm civilis Philosophiæ doctrinam tradere constituit. Docet horâ octavâ.

*HENRICUS MEIBOMIUS*, in publice tradenda Historia Augusta, eo, quem nupero Programmate significavit, modo perget, domi suæ illa additurus, quæ post Carolum M. in Germania & vicinis Regnis gesta sunt. Docet hora tertia.

*CHRISTOPHORUS TOBIAS WIDEBURGIUS* propediem lectiones publicas à rerum cœlestium contemplatione auspicabitur, propositurus ea quæ ad ortus & occasus siderum, dierum ac noctium vicissitudines, aliáve quæ primus stellarum motus exhibit, pertinent. Quoties cœlum favebit<sup>1</sup>, stellarum situs ac ordines monstrabit, atque harum rerum studiosos ad observanda phænomena præparabit. In privato auditoriō Geographiam tradet, ac Arithmetices præcepta breviter & peripicue explicabit. Docet horâ octavâ.



99 A 6919



56.

Retro. ✓

VD17



DIS



B.I.G.



CATALOGVS  
LECTIONUM<sup>47</sup>  
ET EXERCITA-  
TIONVM  
*IN ACADEMIA JULIA*  
Å  
FESTO MICHAELIS  
ANNO MDC LXXIX.  
VSQVE AD PASCHA  
SEQVENTIS ANNI MDCLXXX.  
HABENDARVM.



HELMESTADI,  
Typis HENRICI DAVIDIS MÜLLERI, Acad. Typ.  
Anno CIC XC LXXIX.

